



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs LXXX. Qui regis Israël intende, qui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

Eia ades, auxilioq; iuua, quos nulla salutis.

Te sine spes reficit, nec ratio ulla leuat.

Non propter
merita aut dig-
nitatem nostrā
sed propter no-
men tuū, quia
es misericors.

Respicere nos per eam, uariæ quæ nescia sortis,

Nominis est uerè gloria summa tui.

Supplicibus placare tuis, audi q; benignus.

Quas tibi sollicito fundimus ore preces.

Amplificat Cur aliquis nobis dicat de gente profana,
precationem. Quis Deus est horum? siq; sit ullus, ubi est?
Blasphemant te Gentes, si

Eia age, summe pater, reprobas ulciscere Gentes,
nos non uindi- Vindictam uideant lumina nostra tuam.
cas.

Effuso de plebe tua pro sanguine pœnas.

Exige, supplicium uindice sume manu.

Hostibus ut fiat tua nota potentia nostris,

Et discant istam pertinuisse manum.

Vmctorum genitus audi, lacrimasq; uideto,

Et fer int aspectus illa uenire tuos.

Relliquias miserae religatus eripe morti,

Robore quo tecum cuncta creatura trahis.

Néue impune ferant tot dicta opprobria, in ipsis.

Ter quater hostiles illa refunde finis.

Vt tibi, non nobis exprobrasse maligni,

Sed sibi lugubri conditione, sciant.

At nos & populus tuus, & tibi debitasoli,

Per tua gressuouium, pascua sparsa sumus.

Nos tua magne pater præconia magna canemus,

Mobile dum fixo sidere tempus erit.

Gratiarū adio-

PSALMVS LXXX.

Qui regis Israël intende, qui.

Argus.



ARGUMENTVM.

Est elegans precatio, eiusdem argumentum præcedenti Psalmi. Orat enim ut Deus contra vicinas Gentes regnum Israel defendat, quod in titulo appellat nomine Lilio rum. In Psalmo autem bellissime comparat uita, a Deo translatæ ex Aegypto in Canaan, & excultæ per uerbum: & a nobis recte oratur contra hostes Ecclesiæ.

Orat ut hostiles auertat ab urbe tumultus,

Finitimis cincta Gentibus assidue.

Nos quoq; finitimos sic execrabitur hostes,

Qui nunquam nobis non noua bella mouent.

Vincenti de Lilijs testimonium, &
Psalmus Asaph.

Israëlis ades gregis ô fidissime pastor,

Aures contingat nostra querela tuas.

Quia tanquam caulas ouium custodis Iosepb,

Qui calcas Cherubim terga, uidende ueni.

Quis tuas ante Ephraim, q; Beniamin, atq; Manassej*

Vtere nunc dextræ ui potiore tuæ.

Auxilium lature ueni mala plurima paſſis,

Tot pater afflictis cladibus affer opem.

Ad nos uerte tui radiantia lumina uultus,

Pignora iam nobis certa salutis erunt.

O exercituum rector Deus armipotentum,

Votane non populi suscipis ulla tui?

Num ne tui precibus populi placabere nunquam:

In nos iste furor quam diuturnus erit?

Propositio,
Defende popu
lum tuum, est
autem insignis
fidei vox, qd
populu gregi
& Deum palto
ri comparat.

* Haec tribus se
quebantur in
expeditione ar
cam. Numeri
secundo.

¶ 60 ¶.



Narratio cala-
mitatū, sumus
omnibus uici-
nis nostris præ
dæ.

Pascis inexhausto tetri nos pane doloris,
Iamdudum lacrimis ebria turba sumus.
Iam sua de nobis uicini iurgia miscent,
Ceu uilem populum nos ferus hostis habet.
Ad nos uerte tui radiantia lumina uultus,
Pignora iam nobis certa salutis erunt.
Quæ tibi ab Aegypto translata est diuite uitis,
Et tibi quæ quondam tempore cara fuit,
Hunc tu deieisti plantasti Gentibus, illi
Fecisti in placidis sedibus esse locum.
Hanc tu latuagis radicibus extendisti,
Quaq; sata est uix hanc iam sua terra capit.
Illi excelsi montes uelantur ab umbra,
Contegit ingentes palmitis aura Cedros.
Hoc est, usque Illius extensus pertingit ad æquora palmes,
ad montem Ly Qua uidet Herculeum Sidonis unda Tyrum.
banum, ppaga Malleoli rapidas fluuij extenduntur ad undas,
tū est regnum.

Quem nunc Euphratem proxima turba uocat.
Cur igitur ualidam potuisti excindere sepem
Illi, & nudam prostituisse feris?
Nam male uastata est à prætereuntibus ipsam
Omnibus, ut prædæ cuiq; relictæ fuit.
Ipsius est populatus aper silvestris honorem,
Hanc serra depasta est totius omnis agri,
O Deus armæpotens placido nos respice uultu,
Hanc uitem è cœlo, uise, euere, uide.
Instaura hanc tua quam plantauit dextera uitem,
Quem statuis, ualeat filius esse tibi.
Igne quod exustum cumq; est & clade recisum,
Dispereat uultus asperitate tui.

COns.



Conseruet tua dextra uirum quem fecit, & ipsum,
Assere robustum quem facis ipse tibi.
Sic nuncquam tua linquemus sanctissima cunctis
Numina, da uitam uiuere posse diu.
Sicut uia perpetuis celebrabimus origa uotis,
Et memor omnis erit nominis hora tui.
O Deus armipotens placido nos respice uultu,
Pignora iam nobis certa salutis erunt.

Collectiva hec
sunt, totum e-
nim populum
appellat uirum
& filium.

PSALMVS LXXXI.

Exultate Deo adiutori nostro, iub.

ARGUMENTVM.

Hic Psalmus in festo taberuaculorū can-
tari est solitus, quod festum institutum est
ad reuisionam memoriam expeditionis ex
Egypto. Transit igitur propheta ad insig-
nem doctrinam prīmi præcepti, ut in illum
unum Deum fidant, qui eos ex Aegypto
eduxit, & caueant ab Idololatria, ac addit
promissiones & comminationes, quales
sunt etiam in primo præcepto.

Festa tabernarum celebrans uotiuā quotannis,
Hoc uetus Israel carmine latus erat.
Qua populi monuit, quod nos imitabimur, æquū est
Et uerba, & Domini iussa tremenda sequi.

Vincenti in Githit Asaph.

Fundite lata Deo festiuo carmina plausu,
Quo sine uis nobis nulla relicta fuit.

Exhortatio ad
gratiarum acti-
onem.

M 5

Tym.